tamen protestor me optimam forte et exhibiturum; hoc enim aliorum disquisitioni relinquam, et hoc ipsum, qui ipse omnes et expertus vix pretendere possem; sed optimam quam ipse expertus hic clare et differam, prout quam tantum monerem. Ne hæc et eo fine conscribere, quasi ~~quasi~~ cum studeam alijs optima consilia exhibere, quasi sapientior vellem videri alijs. Certe quæ hic tradam omnia admodum clara ac proinde facilia intellectu erunt, adeo ut et à quovis simplici potuissent observari, veluti si unica via sit quæ ad locum aliquem tendit et infinitæ aviæ, non ita facile me cavere est, ne quis à recto aberret sed interim si multi eandem ipse quærunt, facile potest fieri ut unus eorum fortuna sic disponente, semper in genuina procedat, atque sic destinatum attingat locum, licet nullo modo excellentius alijs ingenium obtineat. Sed scrupulo hoc remoto pergo ostendere, qua ratione jacto inconcusse veritatis fundamento plura hinc eadem certitudine derivaverim

Dum itaque certitudinem harum rerum expendens ad proprias perceptiones attenderem, quæ me bene aut secus afficerent observarem atque sic incipere inquirere in omnes delectationes quarum nos capaces, ut inde maximas et quæ constantissime durant secernerem, in limine se obtule~~runt~~ runt

Sensuales delectationes

Et Hæ quidem vitam nobis admodum jucundam efficiunt, nec dubitandum hic num alij idem sentiant, vulgus enim his quasi obsessus videtur, ut ad alias solidiores delectationes vix reflectat ac proinde et mirum, si easdem maximas esse quæ in vita occurrunt judicet. Sed magis adhuc hic decipiuntur qui credant, cum à principio tam bene afficiantur à re aliqua, eo magis ipsos delectationis percepturos, quo magis his utuntur; cum tamen plane contraria sit natura harum delectationum, ut nimirum quo rarius his utamur eo magis nos afficiant; qd clarum circa cibum et potum, qui ultra modum nos afficiunt cum bene esuriens aut sitiens, qui interim nauseam nobis creant cum cogimur ijsdem frui ad satietatem licet ijsdem repleti; nec semper Comœdia perquam ~~[illegible]~~ elegans tædium creat, nisi in certis actis divisa aut si multoties

[Margin:] Cum itaque hujus fundamenti veri ipse sic certus ut eo ab ubi impossibile sit qua ratione alia hinc derivare progressus fuerim ad tendens inquirendo in omnia quæ me bene afficiebant ut inde quæ me optime afficiebant et constantissime discernere volens. Tria praecipue genera delectationum observavi

x Sensuales delectationes ubi progredior ad Voluptates? Errores qui committuntur x Error 279